

CASPARIS PEUCERI MEMORIAE,
 Casparis illius Peuceri, clariss. virtutibus o-
 mnibus viri, F. magni illius Philippi
 Melanchthonis N.

Peueros habuit nuper Germania binos,
 Vnum patrem, natum alterum:
 Dignum isto patrem nato, natumque parentes
 Vtrumque patria decus:
 Quorum seruatum nobis diuinitus illum,
 Amant boni, timent mali.
 Hunc verò nimis, ah, festina morte peremptum
 Cum patre nunc deflent boni.
 At tu Peuceris quam dura hac fata duobus
 Frui vetant, Germania,
 Si sapis, hunc serua, quo saluo dines habebis
 Quod orbis inuideat tibi.

Lipfis in
 carcere!

Sub nam
 Sappi serus!

IOSIAE SIMLERI TIGVRINI ERVDI-
 tiss. Theologi, & renouatorum, tum Ariano-
 rum, tum Eutychnianorum fortiss. inter
 alios domitoris, MEMORIAE.

Simlere, mi Simlere, quo superstite
 Tot mortui reuixerant.
 Quos ira nobis Numinis tam pauculis
 Ademit annis plurimos,
 Simlere, quem tremuit renatus Arrius,

Tremuit